

Crustacea marina camerata, seu monothalamia, id est, unica camera, duobus tantum foraminibus, uno scilicet pro ore, altero vero pro ano insignita, ceterum clausa, plerumq; rotunda, aut subrotunda figura e meris tessellis angulis inter se suturis, aut ginglymo articulatis coagmentata, externè claviculis, vel radiolis, aut setis, et aculeis mobilibus vestita. Echini marini dicti, vulgò: Meer-Äpfel, oder Meer-Jaegel. *harmonia,

Papillæ mamillares scutulata, seu fimbria circulari sicuti in dextra separatin representate maiores, et minores Equarum in una ordinis serie decem plus et minus secundum varias Echinatorum species sunt Echini marini ovarii aculeis longissimis Aldrov. e mari rubro cum suis tessellis angulis parvulis, eminentius, seu papillis simplicibus, quibus interserâ dictarum papillarum obtusi, et aculei, seu setæ insidere solent, ac pulvere splendente, ac rufescente integram Echini superficiem satis copiose obtegent: in quibus quoq; observantur varix tessellarum articulationes scilicet tessellatâ per harmoniam. singulari unitarum per quinque suturarum. per suturam.



Corticis crustacei eiusdem Echini interna facies, ut articulatio prædicta di versa tessellarum angulorum clarius appareat, ut cum apophysis cordiformibus in extremitate fimbria membranacea cinctis, ad exortum suum vero sulculo subrotundo donatis, in medio autem unitis, in imo circa foramen oris intus sitis: quibus pileis sine dubio alligatur, ne exilugendo extra corticem cadat, et eibum gratissimum sibi vi quadam attrahat; quod in tali casu suspicari licet.



Echinus marinus * in basi, et vertice quasi æqualiter planus, papillis mamillaribus, scutulatis, suturisque, duplicibus linearibus transversis in quinque ordines æquales inter se distinctis exornatus, insuperq; claviculis, seu radiolis suis, setis, ac aculeis instructus et armatus. Echinus marinus ovarius dictus e Mari * rotundus Siciliano, seu Siculo.

